superaddendo verba incitantia ipsos ad
iram sicut egomet vidi quod cum inde
quadam responderent litteris roga-
toriis non timuerunt inter cetera
scribere: Acanes non magno sepe
tenetur aper. metrorum non recordantes.
Mitigat indigna qui profert ore benigna
Et medicina brevis mala mitigat ardua quevis.
Cum autem florentini stetissent longo
tempore quasi pregnantes et appropin-
quaret dies pariendi conceptum scri-
pserant pistoriensibus in hunc modum:
A. Dei gratia florentina potestas
nobili viro P. potestati salutem.
Caro et spiritus qui semper invicem
adversantur concordaverint scri-
bere vobis ne propositi nostri pro-
cedenti tempore inconsulta dice-
retur inceptio. ea que possunt ge-
nerare quietem et inducere ani-
mos ad concordiam. Unde cum
erga nos in pluribus vos noverimus
incurrisse contenta quali quali no-
stra potentia cum adversantibus